



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. Confundit Deus diuitem, non facientem eleemosynam, vt Dominus suum œconomum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

quirit Deus, intelligo communiter, vt tibi detrahas vita necessaria, & vt alteri succurras tu ipse pauperem paratis: audis enim Apostolum: **2. Cor. 8. 13.** Non enim vt alijs si remisistis, vobis autem tribulati. Sed cum tuis succurreris necessitatibus, demum beneficis pauperum consulas indigentiae: **D. Avg. In ps. 47. Tom. 8.** Quare (monet D. August.) quantum Deus tibi deuerit, & ex eo tolle quod sufficit, cetera que superflua inueniuntur aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum necessaria sunt pauperum. Res aliena possidentur, cum superflua possidentur. Ita multos lego hoc exponentes Spiritus S. consilium: **Ecl. 14. 11.** Filii, si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Bibe, comedet, de tibi necessarijs solum sufficere tibi: Benefac tecum. At hic ne listas, vltimus progredere: Deo dignas oblationes offer, in paupere, vidua, captiuo, ecclesijs &c.

§. 5. Confundit Deus diuitem, non facientem elemosynam, vt Dominus suum aconomum.

10
Hom. 35.
ad pop. &
2m. 3. de
Laz. inter
Hom. in

Hoc sibi familiari prosequitur D. Chryso-
stom. eloquentia, doctrina: sanctorum Pa-
trum i. habens, sumpto famulamento ex
eo quod Christus in duabus aut tribus propoluit
populo paralyticis, docens huius mundi diuites,
Dei esse, vocarique dispensatores. Nobiles opi-
bus iticres ad familie suae, & prudentis palatio-
rum regimen, economos creant seu dispensato-
res, quorum manibus dominorum traduntur fa-
cultates, non vt illas sibi referrent expencen-
das, sed vt detrahis sibi mercedibus, reliqua
ceteris distribuunt famulis, illis pecunias erog-
ent, qui cum seculis Domini sui manu subfig-
natis accurrunt. Si quis dispensator ex argentaria
Domini sui seditiosus insurgeret, dumque alter
famulus sibi debitam referret mercedem, eam
dare negaret, nec minus cum scedulis obliqua-
tis accurrentibus solvere recusaret. Quam hoc
molestè Dominus acciperet? Hoc ad eius lo-
lummodo sufficeret amonitionem. En tuum è di-
ues, monet D. Chrysostom. officium, esse Dei
fidelissimum dispensatorem, qui suas tibi credit
diuitias, non vt illis te ipsum superbus extol-
las, sed vt pauperibus, Dei vtiq; famulis,
succurras opportunus. Sic ipse similitudinem ad-
fert: **Luc. 12. 42.** Vid. hic seruus, quem constituit Dominus su-
per famulam suam, vt ac illis in tempore tritici
mensuram. Et vt illis elemosynam largiaris qui
eam eius nomine, scedulis, cautione, pauperes
expostulant, illis qui Syngrapho Christi Deique

tabulis sibi succurri humiles deprecantur, in sue-
remedium calamitatis, in sua supplementum
paupertatis. Illi omnes, qui Dei nomine confi-
gati à te quaerunt subsidium, hoc tibi persuade,
quòd cum Dei scedulis accedat elemosynam
rogaturi. Tibi consule, caue ne tam sis pericul-
sus ac dispensator infidelis, vt dum habes, in-
de illis succurras, recules, quod in Dei nomi-
ne ac scedulis, efflagitant; hoc enim Dominus
animo feret iracundo. Hinc duas capio S. pagin-
ae propositiones, quarum prima ea est: Declina
pauperi sine tristitia aures & redde debitum
tuum. Quoties ad domus tua ostium pauper pul-
sauerit, ne contristeris; Dei enim nomine adest
mendicus aurem porrige gratam eius gemitibus:
Redde debitum tuum. Quod illi debeo? Et quid,
quæso illi debeo ego? An mea non sunt bona?
Sunt quidem, attamen tua nõ sunt: quia tibi Deus
illa concessit, & illa tibi cum illo dedit onere, vt
quæ tibi sunt superflua, pauperibus erogentur:
Res aliena possidentur, cum superflua possidentur:
ait D. August. vt supra.

Obijcies (inquit D. Ambros.) Quid iniustum
est, si cum aliena non disputam, propria diligenter
seruem? O impudens dictio! Propria dices quæ, ex
quibus recordaris in hunc mundum decessisse? D.
Hieronym. Si plus habes, quam tibi ad vitam
& vestitum necessarium est, illud eroga, & in illis
debitorem te esse nomen. Expende nomen: Debi-
torum, respondens illi, debitum tuum. D. Chry-
sostom. Non ad hoc accepisti, vt in delicijs absumeres, sed vt
in elemosynam erogares. Numquam enim tua possi-
des? Res pauperum sunt tibi credita, sine ex labri-
bus iustis, sine ex hereditate paterna possideas. Au-
diamus D. August. Reser tibi Deus honorem, & n-
quasi tibi dicit: Prior de communi tolle, quod suffi-
cit necessitatibus domus tua, quod reliquum est, da
Christo. Adjungamus D. Leonem Pontificem:
Terrene & corporales facultates ex Dei largitate
preueniunt, vt merito, ratione eorum quasitum
sit, quæ non magis possidenda, quam dispensanda
commisit. Nec omittatur D. Gregorius: Admonen-
di sunt, quæ nec aliena appetunt, nec sua largiuntur,
vt sciant sollicitate, quod ea de qua sumpti su-
mus cunctis hominibus, terra communis est, & in-
circo alimenta quoque omnibus communiter profert,
& incassum se innocentes putant, qui commune Dei
munus sibi priuatum vendicant. Prodit D. Bern-
ardus. Nostriam est, pauperes clamant, quod offenditis, er-
deliter nobis subtrahitur, quod vos inanis ex-
penditis. Concludat D. Thom. Res, quæ aliqui
superabundanter habent, ex naturali iure debent
pauperum sustentationi. Corpus etenim est Raspu-
Hica, 22

blica, cuius stomachus sunt diuites, stomachus autem iure naturali ceteris debet providere partibus, sibi sumens sufficiens. Et iterum: Dominus non solum decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi. Et alibi hanc esse communiem asserit Theologorum opinionem. Quisquam docuerunt D. Thomam solum velle diuites ad elemosinam teneri in casu necessitatis. De qua re Caetero edidit opusculum, probans contrarium, quod absolute diuites obligentur ad elemosinas exhibendas, tam alijs, quam huic aut illi extemè laboranti.

Secunda propositio sic illa: Qui calumniatur egentem, exprobrat factori suo, honorat autem eum, qui versetur pauperis. Nihil magis irritat, commovetque Dominum, quam si dispensator immisericos petentibus elemosinam pauperibus, manus contrahat, convitiatur, pedibus protritat: tunc omnes de Domino graviter conqueruntur, suspicant enim hanc illi placere convitia, acculant eum iniqui regimini. At verò dum dispensator effuse distribuit, libenter accurrit, alibi ardet, vultum præse fert benignum, seruo à parte hæc, alteri ab altera, omnibus demque tantum quantum sibi conceditur erogans, Dominum ipse suum honore asserit, familiarique reddit laudibus dignissimum. Ita quoque evenit, dum Dei dispensator, dives inquam, pauperem crudelius excipit, & nudum egenti non succurrit, sed & convitijs lacessit, discipulis abigit desolatam: hoc Deo movet stomachum: Exprobrat factori suo.

Hoc memoria retine, monet D. Chrysolost. Accipisti plura ceteris, non ut ea solus consumas, sed ut eorum ceteris bonis, sis dispensator. Opinor David olim vidisse pauperes, omnibus exuros sacellicibus, adteutes diuites, elemosinam ex Dei nomine postulantes: sed hæc retulere sol. n. en. ut & elemosinis vacui redirent, ac insuper oppleterentur convitijs. Considerat illos David male exceptos, spe sua frustratos, ad Deum conuersos, quasi de Deo querimonias essent exposituri. Hæc Domine mi, cur nos in summam proiecisti paupertatem, illos autem tot opibus cumulasti superabundanter? Num tuæ domus nostri moderationem, ac quales tibi sint œconomi & qua ratione tua bona dispensentur? dixerunt: Quomodo fuit Deus, & si est scientia in excelsis. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, &c. Hoc autem quotidie videmus in pauperum oppressionibus: eorum tristitia eorum verus audimus suspiria; ac cõquirentes quod à diuitibus omni repellantur inhumanitate. At dum illi dispensatores, fideliter suo funguntur munere,

benedicitur Deus, eius extollitur providentia, eius laudatur iusta dispositio, quâ succurrit omnibus, deest nemini, egredimur sublati manibus Domino gratias agentes, diuitibus prospera et in cta apprecantes, pro eis Deum deprecantes: sic autem introducit pauperem David, pro diuite insigniter liberali exorantem: Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra &c. Hic igitur summam habes totius processus Evangelici contra diuitem. Dei dispensatorem, cuius fidei suas commisit divitias, bonæque temporalia, ut illis ipse fruere, pariter Dei famulis liberaliter erogaret; cui cum Dominus quendam omni humana ope spoliatum mitteret recreandum, eundem ad domus suæ ianuarum fame sustinuit interire; sed nec micâ panis pascere voluit afflictum inhumanis. Purior dispensator infidelis, ita puniatur; reus est mortis.

§. 6. Argumentum admirabile nobis proponit D. Ioannes, quod dicit, qui proximi non miseretur, quem videt inopia laborantem, Deum non amet.

Hanc nobis proponit doctrinam dilectus Domini discipulus, causam ex Theologia principijs, allegans, cui iustissima sit diuitis condemnatio, qui bonis affluens temporalibus, pauperis non miseretur, quem omnibus videt lapsum facti latibus, quodque hæc sola, licet alia non esset, sufficeret, ut inferni penis traderet perpetuum exurendus: Qui habuerit substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necessitatum, & habere, & non miseretur viscerum suarum ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Supponit D. Apostolus certam propositionem, ac sæpius repetitam, neminem posse salvari, nisi diligat Deum, Dei hæret charitate, quam ex industria docto illo, simul & suo discursu Doctor gentium explanat: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitas est autem non habeo, &c. Si habuero omnem scientiam, ita ut montes transferam, si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, &c. charitas enim absque non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest. Duabus constat sanctitas seu iustitia partibus, prior eaque minori, quod malis abstinemus: posteriori quod bonis operibus infudemus: ambae necessariae, ut præfati sumus ex doctrina D. Basil. Non meminit Apostolus partis prioris, dicendo: Si commiserit homicidium, adulterium, &c. sed illico transiit ad posse-

